

ficibus exsequendum delegavit . . . Sed de his singulis quae presbyteris non licere coeperunt . . . beatus Damasus papa plenius in decretis suis disserit, ubi vanam superstitionem chorepiscoporum authenticis rationibus compescuit.

Cap. 5.

Item S. Leo papa I . . . et beatus Gelasius papa in decretis suis capitulo VI enumeratis his quae presbyterorum officio competunt, . . . vel quid illis penitus usurpare non liceat.

Cap. 8 et 11.

Quapropter satis manifestum esse videtur, quod presbyteri non tam ex propriae consecrationis officio, quam ex episcopalis concessionis arbitrio poenitentes reconciliare solent . . . Quomodo autem illam in consecratione non perceperint, facile quilibet explorare poterit, si modum consecrationis eorum diligenter considerare voluerit.

Cap. 11.

Beatus quoque Gregorius papa scribens ad Ianuarium Calaritanum episcopum, quibusdam presbyteris, ut neophytos confirmarent, permisit, quod utique ab officio presbyterorum penitus extraneum non ignoravit.

De presb. off. cap. 12.

Benedictionem quoque super populum, quam S. Hieronymus in epistola sua ad Rusticum

vana chorepiscoporum superstitione tractat.

Microl. cap. 21.

Sed magnus Leo papa et beatus Gelasius papa, eius successores, . . . in decretis suis, ubi diligentissime quid presbyteris liceat, quidve non liceat, describunt.

Microl. cap. 21.

Item et susceptionem poenitentium non ex sua consecratione, sed ex episcoporum concessione presbyteri habere meruerunt. Quod illum non latebit, quicumque ordinem consecrationis eorum, sive statuta sanctorum patrum diligenter inspexerit.

Microl. cap. 21.

Si enim confirmatio neophytorum penitus separata est ab officio presbyterorum, quam tamen sanctus Gregorius papa primus quibusdam presbyteris concessisse legitur scribens Ianuario Calaritano episcopo.

Microl. cap. 21.

Beatus quoque Hieronymus . . . Rustico Narbonensi episcopo de ecclesiasticis ordi-